

~~Collegio Universitatis in Libris sacris R. P.~~
~~Genarum Donatus de Pauli Herby anno 1638~~

I O S E P H I

A C O S T A E
È S O C I E T A -

T E I E S V ,

C O N C I O N E S I N
Quadragesimam.

Quarum in singulas Férias numerum & lo-
cum Index initio præfixus ostendit:

*Res verò, & insigniores Scripturæ locos tractatos
duo alij Indices continent.*

De la libreria de el Sr. D. Juan de S. J. de S. J.



S A L M A N T I C A E ,

Apud Ioannem & Andreã Renaut, fratres.

M. D. X C V I.



Licencia del Padre Gonçalo

Dauila, Prouincial.



Vndifalvus Dauila Prouincialis Societatis Iesu in Prouincia Castellæ, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodùm Patre Claudio Aquauia Præposito nostro generali, facultatem concedo, vt conciones in Quadragesimam, à Patre Iosepho de Acosta nostræ Societatis, Præposito Domus nostræ professorum Vallisoletanæ, & olim sacræ Theologiæ professore compositæ, & eiusdem Societatis grauium, doctorumque hominum iudicio approbatæ, typis mandentur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, sigilloq; nostro munitas dedimus. Metinæ Campi, die vigesima octaua mensis Septembris, anni 1595.

Gundifalvus Dauila.

¶ 2

Appro-



[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, likely bleed-through or a watermark.]

I N F E R I A I I I .

C I N E R V M .

C O N C I O P R I M A .

Pulvis es, & in puluerem reverteris. Gen. I.



HÆC in reum hominē diuini olim
 fœderis violatorem, à supremo iu-
 dice iustissima sententia damna-
 tionis pronuntiata est; vt qui su-
 perbia elatus in cælum altissimum
 conscendere conatus esset, seque
 Deo propemodum cogitatione
 æquasset, cum magna ignominia
 audiret, & puluerem se esse vilissi-
 mum, & in puluerem demum, vn-
 de ductus esset, reuersurum. Admirabilia sunt iudicia Dei,
 æquitatis plena. Solent in rebelles ciues à principibus ex pœ-
 nã constitui, vt illorum ædes solo æquentur; vt pro ampla
 olim, & superba mole, ruderata tantum, omni iniuriã exposita
 stercorum extent; vt denique erecta ibidem columna in sem-
 piternum dedecus tum scelus, tum supplicium perduellium
 perspicua inscriptione declaret. Hoc mihi sanè illa in nostri
 generis authorem opprobrij plena sententia significare vide-
 tur: [Pulvis es, & in puluerem reverteris.] Nam si presentem
 hominis statum inspiciamus, quid (quæso) aliud apparet, quam
 tetrum quoddam sterquilinum, fœtore graue, sordibus cun-
 ctis expositum? vt nõ immeritò Seneca dixerit. [Nos corpus
 esse turpe sortitos, nec videre, quam multa nos incommoda
 exagitent, quam malè nobis conueniat hoc corpus.] Quis
 enim illius miseras narret? morbos, corruptiones, fœditates,
 inopias, cæteraque innumera mala? Quanta verò inconstãtia,
 & imbecillitas? Nonne puluerem rectè dices? Quid si etiam
 in flagitia, & turpitudines omnes prouum cogites, nonne

*Pars prima.
 Quod resolu-
 tio hominis
 in puluerẽ,
 sit pœna pec-
 cati.*

*Seneca epi-
 stol. 121. ad
 Lucilium.*